



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Nuclevs Coppensteinivs Conceptvvm Prædicabilivm In
Dominicas Festaqve omnia per Annum**

Coppenstein, Johann Andreas

Mogvntiæ, 1624

In Festo S. Iacobi Apostoli. Accessit ad eum mater filiorum Zebedæi, cum filiis suis, adorans, & petens aliquid ab eo. Matt. 20.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51556](#)

IN FESTO S. IACOBI

Apostoli.

Accessit ad eum mater filiorum Zebedei, cum filii suis, adorans, & petens aliquid ab eo.

Matt. 20.

B Ethsabee, 3. Regum 11. Dauidem annis, & morbo fatidicentem supplex orat, Salomonem sibi successorem in regno ipse declarat. Ita mater hæc filios Christo proximos in regno fieri orat.

Super quo nos

- I. De ambitione pernicioſa.
- II. De tempore, & genere petitionis.
- III. De animo tale petentis.
- IV. De reſponſo Christi negatiuo.

P A R S I.

De ambitione pernicioſa.

I. Ambitio fons est malorum omniū, aiebat Timon Philosophus. 1. Et Ambitio Bernardus in Psalmum nonagesimum, Radix iniquitatis ambitio, subtile malum, pēfis occulta, vittorum origo, virtutum arugo, tinea sanitatis, excruciatrix cordium. 2. Sene- ca Ep. 95. Ambitius in star turbinis est, qui capta coniuluit: sed ipse ante a voluitur.

1. Qualis, Matt. 4. Satan subuexit Do- minum in præcelſa montis, & templi. Ita quosq; ten- ambitio ad dignitates Politicas, & Ec- clesiasticas: demum iubet Mittete deorsum: simul præcipitat. 2. Famosi gigantes sunt: 1. Atheos. & fabulosi, qui montes montibus im- posuerunt, vt Iouem cœlo proturba- rent. Similes sunt ambitiosi Briareo centimano ad rapiendum: Argisunt, qui centum oculis concupiscunt omnia, vt opes opibus, honoribus accumulent ho- nores.

3. Nefandi posteri Cain gigantei sunt ambitiosi, debiti diluvio: qui regnis & basores.

LIII 2 eccl.

ecclesiis inferunt diluia. Nemrothani sunt, qui turrim Babel instaurantes, omnia confusionibus complent.

*Exempla
cladum.*

II. Exemplo est primus gigantum, qui cœlum ambitione concusserit. 2. Qui Paradisum vastauit, Orbem, genusq; humanum corrupit. 3. Qui duos discipulorum Domini ambitione occupauit, similes illi esse gestientes.

4. Ex ea Abimelech, Gedeonis filius occidit 70. fratres, quo solus regno poterit. Iud. 7. 5. Eadem spe Athalia omnem Dauidis posteritatem extinxit, vt ipsa regnaret sola. 4. Reg. 15. 6. Ex ambitione infrenduit Aman, Eßb. 4. à Mardochæo sibi nō assurgi. Conspirabat itaq; in Iudeorum omnium internacionem. Demum ipse suspensus est in patibulo, quod parauerat Mardochæo.

7. Qualis igitur Achitophel Consiliarius, 2. Reg. 16. instigauit Absalonem, vt regnum inuaderet pulso genitore. Sed euenit; vt Absalon in suspendio lanceis transadigeretur. Talis ambitio. 8. Hæc Pharaonem, totamq; Aegyptum in arma vocauit, ad persequendos Israelitas, ac demum in mari rubro submergit, Exod. 14. vt nec unus quidem superfluerit ex eis.

9. Sui habent exemplum interitus ambitionis in porcis, quos inuaserunt dæmones, Matth. 7. Et ecce magno impetu abiit totus grex præcepis in mare, & mortui sunt in aqua.

*Ambitio-
nis ensemble-
ma viuū,*

alind.

III. Est ergo ambitio mulier illa, de qua Apoc. 17. circundata purpura, & coccino, & inaurata auro, & lapide pretioso, & margaritis, habens poculum aureum in manu sua, plenum abominatione; & immunditia fornicationis eius. Iste sub honoribus, ac voluptibus mucrones occultat & venena.

Repræsentat eam statua Nabuchodonosoræ. Dan. 3. Cuius caput ex auro optimo erat, pectus autem & brachia de argento. Speciosa hæc, & pretiosa. At cætera eius æ-

ruginosa ferrea, & lutea ne cernantur, noctu per somnum se præbet spectandam magnatibus. O fraudem lethalem! Illicit auro & argento, vt aut ære ac ferro enecet, aut leuis impulsu lapilli prosternat, ac omnia diffingat. Eius specie decepta mater filiorum Zebedæi, petit indigna Deo; sibi suisque inconuenientia.

PARS II.

Detempore & genere petitionis.

I. **A**ccepit mater, Maria Salome, quæ Matt. 28. Christum in Passione secuta est: & renit eum vngere. Filiorum Zebedæi, fratribus Iacobi Maioris, & Ioannis: quos Dominus & in Thabor gloriae, & in Oliueto Agoniæ testes habere voluit.

Tunc accepit, Cum Iesus loqueretur de Cum sans Passione sua: Ecce ascendimus Ierosolymam, Deus tuus & Filius hominis tradetur. Quam dispersus cura Dei ac hominum? Cum ille designatio crucis, mortisque moneret; hoc in & namouet honores, vanitates & spes longas xia inchoat.

1. Ita Vriam ad mollia inuitabat, sed Idq; in sin dolo, Dauid: cui ille animo se talia, 2. Reg. 11. Arcæ Dei, & Israël habitat in papilionibus, bono, & Dominus meus Iacob, & seruus Domini mei super faciem terræ manent; & ego ingrediar domum meam, vt comedam, & bibam, & dormiam cum vxore mea? Et tu mulier Arcam Dei ad mortem designari audis, & aedes aspirare ad vanam?

2. Talis & Bethsabæ fuit audacia. 3. Et impud. Reg. 2. quæ affixum lecto Dauidem ægrum importuna solicitat pro regni successore filio Salomone, & impetrat. Ita ab Occidente sole versi ad Orientem, hunc plures adorant. Hactamen importunior Zebedæa fuit, quæ anxiato ex instanti morte non solarium affert ullum, sed afflictum afficit molestia suis inaniiis.

II. Vera ea Carnis nostræ imago est. Hæc

Hæc animo cogitante de ieuniis, pœnitentia, &c. Tunc delicias appetit, & suggerit tripudia. Similis filiabus Loth. Hoc viro, ex incendio subtracto, soliciteque in campis salutem quærente, Gen. 19. Dixit maior ad minorem: *Veni, ineberimus eum vino dormiamusque cum eo.* Ita caruncula in spiritum, ex peccatis eductum, conspirat in pœnitentem, vt vino concupiscentiae inebrietur, &c.

At tunc spiritum sic respondere adienda sen decet. Cupidæ meæ, nescitis quid petatis. Age carunculae tunc tuæ; quod lephte filiæ, vicerat is Ammonitas; Iud. 11. Vouerat Deo gratus pro victoria, quod reuerso domum occurseret primum, se Deo sacrificaturum. Ecce filia, ei victoriæ gratulatura, cum choris plaudentium occurrit. At is eam visam, constans certusque propositi, destinat aræ: mactaque. Ita Spiritus tuus vicit peccata Confessione: Certus propositi emendationis; si viderit ab blandientem sibi Carnem suam cum choris sui similium; destinat eam aræ: mactetque promerito. Dignum sacrificium Deo spiritus contributus. Psalm. 50.

PARS III.

De animo talepetentis matris.

I. **D**ic ut sedeant hi duo, &c. Ergo & in scemineo regnat pectori ambitio? Et nec raro. Idq; hereditario veluti inde ab Eua, quæ eam illi sexui possessionem tradidit prima. Hui qualia affectabat Eua? Diis paria.

Sed quales inuadit animos ambitio? Falsa generositate animosos, à vera virtute degeneres. 1. Ut hedera ad muros vetustate semidissolutos crescendo serpit, exeditq; magis; dum diruat: ita ambitio animos putifcentes, & affectib. emasculatos sensim erodit, ac deterit. 2. Est vile genas arbusti, Viscus dictum, non

crescit id in generoso solo; sed aliis in arboribus eo fœlicius, quo ex vetustiores fuerint, ac semicariosæ. Et in harum fastigiis crescit. Ita ambitio in pectoribus cariositatem.

3. Arboribus: Iud. 9. regem inter ligna optantibus, nulla eam acceptabat dignitatem. Deniq; Rhamnus acceptans ait *Si vere meregem vobis constituitis, venite, & sub ymbra mea requiescite.* Et egressus ignis à rhano arbores corripuit oës. Hic euentus. Ita damno sa est ambitio. 4. Scriptores Indici de herba memorant in Brasilia, quæ arenosis plantata locis crescit; at in secundo solo exarescit. Ambitio animis virtutis expertibus increscit. Ecce hanc mulierem. Idcirco velut iratus illi Dominus ait: *Quidvis mulier?*

II. Mitissime Iesu, quid iam esasperad- **Mollis** **at** eo, qui alias affatu semper tam mollis es? **litas, hic** Ecce supplicem. Et dixisse te memineris, **asper respō-** Matth. 16. **Quicquid orantes petitis, credite** **lo est Do-** **quia accipietis.** Tun' durior huic eris, **minus.** quam Herodes filiæ? Marc. 6. **Qui iuravit** **ei: quicquid petieris, dabo tibi, licet dimidium regni mei.** Tun' durior Salomone: Qui. 3. Reg. 2. dixit ei: **Pete mater mea.** Neque enim fas est, vt auertam faciem tuam. Et huic Tu rigide dices: **Quid petis?** Simul præfracte abnus? Nimirum ignorata petebat, & seu noxia, seu periculosa.

Succinum, lapidis pretiosioris genus, **Quia super** trahit ad se festucas, præter basilicum bis resistit. herbam, propter antipathiam: nam herba ea fumositate sua caput obturbat. Ita Christus vera petra, 1. Cor. 10. humiles, et si peccatores, ad se trahit, at superbos ambitiosos fastidit, ac respuit: ut cerebro fumoso turbidores.

PARS IV.

De responso Christi negativo.

I. **S**ed quid induxit mulierē ad petitio- **Occasio** **petitionis;** nem istam? An quod audisset Do-

LIII 3 III.

minum dicentem, post resurrectionem se regnaturum? Qod nosset geminam esse potestatem sumiam, Pontificiam & regiam; & utramque tunc corruptam expirasse?

Causa negationis cōglobata. Stolidam mulier; 1. Non meministi dicens. Ioan. 8. Regnum meum non est de hoc mundo. 2. Iterum Quo ego vado, vos non potestis venire. Nec Seraphinis isthuc pertinere fas est. Vnus est, qui sedet adextris Patris. 3. Sat esto piscatoribus, ipsum constituisse eos Principes super omnem terram. Psal. 44. 4. Recordentur sua quondam professionis: Ecce reliquimus omnia, & secuti sumus te. Sequi sat erat tunc: nunc pares esse ambibunt? Nescitis quid petatis. 5. Non meministis idem votum Angelis attulisse exitium? perdidisse Absalonem, Abimelech, Amanum: &c.

Plures ex Historia similis. 1. Eodem astro percita Agrippina Neronis mater, prænunciantibus ei Astrologis: ipsam perimendam fore si filius imperarit. Quibus illa: Occidat: modo imperet. Suet. in Nerone.

2. **A Simili luctu.** 2. Draco sic æstu torri dicitur, vt nullis eum vndis temperare queat; ideo semper hiante ore aerem captat. Sique volare mari naues cernat, adiuat, vt ventum ex eorum velis ac motu capiat. Tantoq; subinde fertur cum impetu, vt secum nauib; collisum funditus perdat. Talis æstuat ambitiosus, sibi aliisque exitiosus, dum honorum est inexatus.

3. **A mino.** 3. Porro Quid petis? Dic. Quid? Ut filii meis sint vt Ioseph sub Pharaone; Daniel sub Dario; Mardochæus sub Assuero.

Nescitis quid petatis. Respondeo, vt Salomon Bethsabæ postulanti pro Adonia coniugem Abisag: Quare postulas Abisag uxorem? Postula ei regnum. Cur non postulas eis regnum celorum? Hoc dabo.

4. **A fastu potentiis.** 4. Sed forte, vt Iul. Cæsar in Alpium

transitu, teste Plut. in Apoph. Rom. cum ventum esset ad obscurum oppidulum, scilicet antibus Tribunis, vt sit in itinere, nū & isthie forent contentiones ambitio- sa? respondit superbe: Mallem ibi esse primus, quam Roma secundus. Ita hæc maluerit suos in hoc mundo esse primos, quam in cœlo secundos. Cœci! Nescitis, quid petatis.

5. Prudenter Rex quidam, Val. Max. teste, offerentibus sibi cum diademate regnum, ait: O nobilem magis, quam felicem lo- pannum! Si te homines cognoscerent, ne humi quidem iacentem tollere vellent. Ad eundem modum Antigonus Rex matri regnum ipsi gratulat: Si nosse, inquit, mater, quantis malis hic panniculus est plenus, (diadema ostendens:) ne in sterquilino quidem iacen- tem tolleres. Stob. serm. 47.

6. Nescitis quid petatis: quietem ante la- borem, pacem ante bellum, mercedem bito, & in- ante opera. Nonne oportuit Christum pati, digne. Et ita intrare in gloriam? Age, Non est dis- pulus supra magistrum. Non est meum, non debo, non par est dare vobis hoc petitum. Nemo coronabitur, nisi legitime certauerit.

Poscenti filio sibi dari ab Antigono Rege remunerationem pro eximia pa- rentis defuncti opera præstata, respon- dit Rex ignauo & patris dissimili: Ego mercedem & munera dare proprie, non paternæ virtutis soleo. Ita Christus hisce: Meritis dabo regnum: nondum meritis, dare non est meum.

Quare ut mereamur, huc conni- mur: dicamusque Absit mihi gloriari, nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi: Gal. 6. Psal. 72. Et à te quid volui super terram? Quoniam Eccles. 11. Vanitas vanitatum, & omnia vani- tas.